

Tartari, transeuntes montes Rificos, quos Lygari sil-
vas vocant. Ideo Gregorius predicari fecit crucem
contra eos ~~in~~ in confinibus Theothonie, post quo-
rum recessum gentes Sannonie quae prope pre-
dictas inhabitabant silvas, Olci videlicet et Vitulae
passus clauserunt, et amplius transire non pos-
sunt.

MCCXXXII^o. apud Tollebant quidam Iudeus colum-
mendo quandam rupem pro ampliando vineam
suum in medio lapidum invenit concavitatem
et ibi librum reperit quasi folia ligni habentem,
scriptum litteris Hebraicis, Latinis et Graecis, ad
quantitatem unius praeteriti. Hic autem liber
loquebatur de triplici mundo ab Adam usque
ad Antichristum. Incipit autem Testis in-
cipit a Christo. In Teste, inquit, mundo filius
dei nascetur in mundo de virgine Maria, patie-
turque pro salute hominum, et continebat,
quomodo pro salute regis Fernandi invenire de-
bebat. Quo viso Iudeus cum tota familia sua bapti-
zatus est.

MCCXXXIII^o. Lodovicus accepit uxorem dominum
Margaritam filiam comitis Provinciae.

MCCXXXV^o. Papa fecit predicari crucem in Fran-
cia in subordium Terre Sancte, quia iam incipie-
bat perire. Eodem anno Dextrix filia condam Alce-
brandini marchionis Bohemae regi Hungarie nupsit.

MCCXXXVI^o. Petrus de Montibus Aracidas misit
in Franciam, precipiens eis, ut occiderent Lodovicum
regem. Sed Deus mutavit cor eius, unde post priores
velociter misit alios nuncios denunciando eis,
ut se ab aliis custodiret. Lodovicus autem
dedit ex tanta corporum suum mandavit diligentius
custodiri. Priores autem nuncios secundi interim
quiescent, et utroque muneribus honoravit.

77 (94) 5

79. 5

Idem de. et in mag. ad. man. Tripes.

79. 5

79. 5